

Consulendum in arduis.

EMBLEMA XLV.



*Consilio meliore viget Saturnius Heros,  
Fulmina dum vibrat, non nisi ducta Dijs.  
Sic Regni cui fama Polo conscripserit arcem,  
Consulat & doctos, dum parat alta, viros.*

COMMENTARIVS.

Auson. in gripho  
ternario.

Synes. in orat. de  
Regn.

Pet. Greg. de Rep.  
lib. 24. c. 7. Contz.  
lib. 7. pol. c. 13. Co-  
chier in thesa. A-  
phorif. polit. c. 23.  
Marq. lib. 2. c. 18.  
Navarrete disc. 1.  
à pag. 25. Bobadil.  
in Polit. lib. 2. c. 6.  
ex n. 6. plenè Ego  
1. to. lib. 3. c. 2. ex  
n. 4. & 2. to. lib. 4  
c. 9. ex n. 38.



NOTVM est Sphingem, triforme monstrum, facie  
puellari, alis volucris, & pedibus leoninis, à priscis  
fuisse confectum. Vnde illud Aufonij:

*Terruit Aoniam Volucris, Leo, Virgo, triformis  
Sphinx; Volucris pennis, pedibus Fera, fronte Puella.*

Qua figura Ægyptij (docente, præter plures alios, Synesio) coniu-  
ctionem virtutum Fortitudinis, & Prudentiæ volebant significare,  
dum ferina species robur repræsentabat, humana prudentiam, & vo-  
lucris, hæc per se non sufficere, nisi & ingenium & consilium adsit, quod  
sciat harum virtutum operationem pro tempore locoque dirigere, &  
veluti manus, atque alas his, quæ exequi convenit administrare.

Quapropter Prudentiæ & Fortitudinis Monitis, de quibus egimus,  
præfens hoc, quod ad necessitatem exquirendi summendi que in re-  
bus arduis Consilium, spectat, Regibus, ac Principibus proponi sua-  
leri que oportere, necessariū existimavimus. Qui ut omnes uno ore Po-